

## Les transactions pénales (XII<sup>e</sup>-XIII<sup>e</sup> s.)

Raphaël ECKERT

Atelier « Transaction », 6 février 2015

### DEFINITIONS DE LA TRANSACTION

#### DROIT ROMAIN – COMPILATIONS JUSTINIENNES (DEBUT DU VI<sup>e</sup> SIECLE)

C. 2, 4, 38 : « Transactio nullo dato vel retento seu promisso minime procedit. »  
D. 2, 15, 1 : « Qui transigit, quasi de re dubia et lite incerta neque finita transigit. »

#### GLOSSATEURS DU DROIT ROMAIN AU XII<sup>e</sup> SIECLE

*Summa Trecensis* (ca. 1130-1140), L. II, T. IV : « Generaliter de pactis audisti. Sunt autem quedam pacta gratuita, quedam non. Ea propter de non gratuitis supponit, id est de transactionibus. [...] Transactio est quasi transitio, que fit de re dubia et lite incerta neque finita (sententia videlicet vel alia conventionem amicali), aliquo tamen dato retentum seu promisso »

*Epitome exactis regibus* (ca. 1160,) : « Et est idem [transactio] quod compositio inter adversarios [...]. Transigunt enim qui componunt inter se et a lite transeunt paciscentes »

#### UN COUTUMIER DU XIII<sup>e</sup> SIECLE

*Li Livres de Justice et de Plet* (ca. 1259-1270), L. II, T. XVI, « De convenances », §2 : « Convenanz est dit de convenances, et en non de pez, et est convenance d'un ou de plusors, plésir et consentement en une chose [= D. 2, 14, 1, 1 et 2]. » ; L. II, T. XVII, « De pez », §1 : « De pez. R(ubrica). Qui fet pez de chouse douteuse, et de plez qui n'est pas certain ne finez, l'en puet recevoir pez, non pez (*pas*) solement se la promesse est achevée ; mès se li convenanz n'et acordez [= D. 2, 15, 1 et 2]. »

#### DEFINITION DE LA PAX

GOFFREDUS DE TRANO, *Summa super titulis Decretalium* (ca. 1241-1243) : « Pax est discordie finis. »

#### LA TERMINOLOGIE DU DROIT CANONIQUE

*Decretum Gratiani* (ca. 1140)

D. 90, c. 9 : « Placuit etiam, ut (sicut plerumque fit) quicumque odio aut longinqua inter se lite dissenserint, et **ad pacem** reuocari diuturna nequiverint obstinatione, a sacerdotibus civitatis primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniosa intentione noluerint, de ecclesiae cetui iustissima. »

D. 90, c. 10 : « Si quis contristatus **noluerit reconciliari** fratri suo, satisfaciendo eo qui contristauerit, acerrimis maceretur inediis, usque dum gratanti animo satisfactionem recipiat. »

C. 2, q. 3, c. 7 : « Eufemium atque Tomam, qui pro deserenda accusatione episcopi sui sacros ordines acceperunt, eisdem ordinibus priuatos esse, atque ita, sicuti depositi sunt, uolumus permanere. »

C. 2, q. 3, *dictum* a. c. 8, §2 : « Notandum quoque est, quod aliud est, cum aliquem penituerit criminaliter accusasse et inscriptionem fecisse, si ab innocente fuerit absolutus : aliud, si pecuniam a nocente acceperit, ut a probatione eius, quod obiecerat desistat. »

C. 2, q. 3, c. 8 : « Si quem penituerit criminaliter accusasse, et inscriptionem fecisse de eo, quod probare non potuerit, si ei cum accusato innocente conuenerit, inuicem se absoluant. Si uero iudex eum, qui accusatus est, criminosum esse cognouerit, et inter reum et accusatorem per obreptionem conuenerit **de colludio**, penam excipiat legibus constitutam. »

PAUCAPALEA, *Summa « Quoniam in omnibus »* (ca. 1150), *op. cit.*, p. 59, ad C. 2, q. 3, c. 8 : « **Colludium est**, quando quis accepta pecunia desistit ab accusatione, vel quando reus vel actor accepta pecunia permittit, se coram iudice superari »

BERNARDUS PAPIENSIS, *Summa Decretalium* (ca. 1190) : « **Collusio** est quaedam illicita pactio inter actorum et reum, per quam alter se malitiose in iudicio superari permittit. Fit autem in causa criminali [...] ueluti si accusator uera crimina abscondat vel in totum ab accusatione desistat non impetrata abolitione ut [C. 2, q. 3, c. 8 ; I Comp. 5, 18, 1 et 2 ; D. 48, 16, 1, 6]. »

HOSTIENSIS, *In quintum Decretalium librum Commentaria* (ca. 1270), ad X 5, 22, 1, v<sup>o</sup> « ex charitate » : « puta quia episcopus se correxit, et tunc non est reprehensibile [...] » ; *Ibid.*, v<sup>o</sup> « ex præmio » : « corruptionis et hoc est reprehensibile »

## LEXIQUE DES FORMULAIRES NOTARIES ITALIENS (XIII<sup>e</sup> SIECLE)

### TITRE DES ACTES

RAINERIUS DE PERUSIO, *Ars notaria* (1216) : « Carta pacis, concordie sive treuge »

SALATIELE, *Ars notarie* : « Instrumentum pacis et concordie atque treuge »

*Summa notariae Aretii composita* : « Carta pacis » ; « instrumentum pacis »

BENCIVENNE DE NURSIA, *Ars notarié* : « Carta pacis vel concordie sive treuge »

ROLANDINUS PASSAGERII, *Summa totius artis notariæ* : « Instrumentum pacis et concordie »

### DESIGNATION DE L'ACTE :

RAINERIUS DE PERUSIO, *Ars notaria* : « Guido de tali loco ex una parte et Martinus filius talis ex altera fecerunt inter se vicissim [...] **finem, refutationem atque concordiam omnimodam** » ;

*Summa notariae Aretii composita* : « Orlandus olim Iohannis [...] fecit et reddidit Ugolino Bertoldi [...] **finem et pacem perpetuum concordiam inuocabilem et irresolubilem compositionem** de omnibus et singulis molestiis, iniuriis, gravaminibus ab ipso vel ab alio pro eo sibi illatis in rebus vel in personis eorum quocumque modo vel ingenio, et de omnibus et singulis damnis datis et guastis factis » ;

BENCIVENNE DE NURSIA, *Ars notarie* : « Petrus Sempronii ex parte una et Iohannes Titii ex altera ante tertiam diem, secundum formam statuti Bononie, fecerunt inter se vicissim **finem et refutationem et omnimodam concordiam** » ;

*Summa notariae Belluni composita* : « Cum Titius nominaretur de morte Sempronii fratris Meiani [...] fecit eidem Titio [...] finem ac remissionem et pacem et concordiam ueram ac interogabilem (inretractabilem) de morte dicti Semproni, et de omnibus vitiis, damnis et

homicidiis, rapinis, furtis, incendiis sibi vel alicui de sua parte datis vel factis perdictum Titium vel per aliquem de sua parte usque ad presentem diem tam in personis quam in rebus [...]. E contra dictus Ticius fecit per se et omnes de parte sua et omnes alias personas quas mittere et trahere poterit **finem[que] remissionem veramque pacem et concordiam [et] inretractabilem** eidem Meiano [...] de omnibus iniuriis, damnis, rapinis, offensionibus, homicidiis, furtis, rebus ablatis sibi vel alicui de sua parte, datis vel factis in personis vel rebus usque ad presentem diem » ;

ROLANDINUS PASSAGERII, *Summa totius artis notariæ*, *op. cit.*, f°158r° : « Antonius ex una parte, et Corra. ex altera, **fecerunt adinvicem osculo pacis vicissim inter eos veniente, pacem perpetuam, finem, remissionem, atque concordiam** » ;

ROLANDINUS PASSAGERII, *Contractus*, *op. cit.*, p. 214 : « Martinus fecit [...] pacem, remissionem et concordiam. »

NICOLAUS DE CREMONA, *Quæstiones* (début du XIII s.) : « Iohannes ex parte una, Martinus ex altera fecerunt inter se pacem et ad invicem per osculum oris firmam pacem et concordiam atque remissionem de omnibus et singulis iniuriis et feritis illatis inter se usque ad hanc diem, promittentes inter se dicte partes stipulatione sollempni dictam pacem et concordiam perpetuo firmam et ratam habere et tenere et non contrafacere aliqua ratione vel causa. »

### DESIGNATION DES OBLIGATIONS DES PARTIES

RAINERIUS DE PERUSIO, *Ars notaria* : « Promittentes [...] nullamque adcusationem de dicta rissa seu facto deinceps facere nec in accusatione, si facta est, ulterius procedere, testes vel probationem aliquam inducendo vel alias quocumque modo » ;

*Formularium Florentinum artis notariæ* (1220-1242) : « Vel talis renuntians cause et liti et accusationi quam fecerat de tali, et cum ipso habebat in tali curia, et coram tali iudice, per stipulationem promisit, convenit et pactum fecit eidem I. de ipsa, et in ipsa causa accusationis non probare nec testes dare contra eum, vel aliquam probantiam ; et si potestas vel iudex, ex suo officio, testes receperint, et aliquid contra eum dixerint, vel ipse I. de iure vel per punnam eosdem testes reprobaverit, vel voluerit reprobare, non eos vel aliquem eorum defendet ; et promisit se facturum et curaturum ita quod ipsi testes, vel aliquis eorum, non se defendet » ;

*Summa notariæ Aretii composita* : « Et promiserunt predicti I. et L. predictam pacem et concordiam et omnia et singula que ad ipsam pacem et concordiam inresolubiler tenendam (pertinent) et que in ea continentur firma et rata perpetuo habere atque tenere et non contravenire, et nullam accusationem de ipso vulnere seu de ipsa rixa seu de ipso facto deinceps facere nec fieri facere vel venire aliqua occasione vel exceptione nec per aliquam submissam personam vel submittentem ab eis nec in actione si, qua facta est, ulterius procedere testes in accusationem eandem vel probationem aliam aliquam inducendo vel alias quocumque modo vel ingenio contraveniendo » ;

BENCIVENNE DE NURSIA, *Ars notariæ* : « [...] promittens se ad invicem stipulantes [...] adque tenere nullamque actionem de dicta rixa seu facto facere deinceps, nec in accusationem factam ulterius procedere testes vel probationem aliquam inducendo vel alias quocumque modo » ;

*Summa notariæ Belluni composita* : « promittentes inter se ad invicem per stipulationem dictam concordiam et omnia et singula supradicta rata et firma perpetuo habere atque tenere, nullamque accusationem de dicta rixa sive facto facere deinceps, nec in accusatione, si facta est, ulterius procedere, testes vel probationem aliquam inducendo vel alia quocumque modo » ;

ROLANDINUS PASSAGERII, *Summa totius artis notariæ* : « Promittentes adinvicem [...] quod super accusationibus factis predictorum occasione per se vel alios ulterius non procedent, nec aliquas denuo facient seu instituent, nec institui consentient, nec etiam aliquis eorum operam dabit, quod a Potestate, vel eius iudicibus pro inquisitione vel alio quocumque modo adversus alterum procedatur » ;

GUILLELMUS DURANDI : « promittentes adinvicem [...] quod super accusationibus præmissorum vulnerum occasione factis per se, vel per alios ulterius coram quocumque iudice non procedant, nec eas de novo instituant, nec institui consentiant : nec etiam aliquis

eorum operam dabit, quod adversus alterum per inquisitionem, aut alio modo per aliquem iudicem, vel curiam, procedant : sed in totum a prosecutione qualibet desistent. »

### DESIGNATION DE L'INFRACTION

ROLANDINUS PASSAGERII, *Contractus* : « Si vero sit pax, dicitur 'finem, refutationem et cum suo osculo firmam et firmissimam inviolabilem et perpetuam pacem, specialiter' et sic debet in hac specificari offensa, sed in vulgi nominetur [...] vel 'de vulnere', vel 'ferita' vel 'vulneribus quod quam' vel 'que dicitur fecisse' non enim dicas 'fecit' nisi convictus vel confessus habeatur. »

RAINERIUS DE PERUSIO, *Ars notaria* : « Guido de tali loco ex una parte et Martinus filius talis ex altera fecerunt [...] finem, refutationem atque concordiam omnimodam specialiter de vulnere, quod dictus Guido ipsi Martino cum spata dicitur in brachio fecisse die tali proxime preterita, in tali hora, et generaliter de omni maleficio, iniuria et offensa ab altero alteri eorum dicto, facto, quoquo modo tunc illata » ;

*Summa notariae Aretii composita* : « Iacopinus olim Petri ex parte una et Leonardus Finelli ex altera fecerunt et reddiderunt vicissim inter se pacem finem et concordiam et refutationem perpetuam specialiter de vulnere [...] et generaliter de omnibus et singulis iniuriis offensis et gravaminibus ab altero alteri eorum dicto vel facto vel alio quocumque modo illatis » ;

BENCIVENNE DE NURSIA, *Ars notarie* : « Petrus Sempronii ex una parte et Iohannes Titii ex altera [...] fecerunt inter se vicissim finem et refutationem et omnimodam concordiam specialiter de tali vulnere quod dictus Petrus ipsi Iohanni cum emse dicitur fecisse [...] et generaliter de omni maleficio et iniuria et offensa ab altero alteri eorum dicto vel facto quoquo modo tunc illata » ;

*Summa notariae Belluni composita* : « Cornulus filius condam Peregrini de Carmegno ex una parte et Natalis de Molino ex altera fecerunt inter se vicissim finem et remissionem et refutationem et concordiam omnimodam atque pacem specialiter de vulnere, quod dictus Natalis cum cultelo percussorio fecit in corpore dicti Cornoli die sabati transato iuxta vespas post domum Litali, et generaliter de omni molestia et iniuria ac offensa alter alteri eorum dicto vel facto quocumque modo tunc illata » ;

ROLANDINUS PASSAGERII, *Summa totius artis notariæ* : « Specialiter de vulneribus quæ dicebantur illata esse ab uno alteri vicissim, de quibus quidem vulneribus erant accusationes hincinde factæ. Et generaliter de omnibus iniuriis, et maleficiis, offensionibus, sive contumeliis dicto vel facto illatis ab una parte alteri » ;

GUILLELMUS DURANDI, *Speculum iuris* : « Cum inter P. ex una parte, et H. ex altera, accusationes essent coram tali iudice super quibusdam vulneribus sibi ad invicem, ut dicebant, illatis intentæ, tandem volentes ad pacem et concordiam pervenire, fecerunt pacis osculo vicissim et mutuo interveniente firmam et perpetuam pacem, finem, remissionem atque concordiam specialiter de dictis vulneribus et generaliter de omnibus iniuriis, maleficiis, ac offensionibus, seu contumeliis, verbo, vel facto qualitercunque adinvicem illatis. »

### PRECAUTIONS POUR EVITER LA CONVICTION DE L'ACCUSE

#### DROIT ROMAIN – COMPILATIONS JUSTINIENNES (DEBUT DU VI<sup>e</sup> SIECLE)

C. 2, 4, 18 : Transigere vel pacisci de crimine capitali excepto adulterio non prohibitum est. In aliis autem publicis criminibus, quae sanguinis poenam non ingerunt, transigere non licet citra falsi accusationem.

D. 3, 2, 5 : « Quoniam intellegitur confiteri crimen qui paciscitur. »

D. 47, 15, 7 : « In omnibus causis, praeterquam in sanguine, qui delatorem corrumpit, ex senatus consulto pro victo habetur. »

TANCREDEUS DE CORNETO [Pseudo] BALDUS UBALDIS, *Perutilis ac vere aurea practica, De cautelis et remediis* (ca. 1298-1310) : « Terciodecimo queritur qualis cautela possit adhiberi ut transigens vel paciscens in delictis non videatur confiteri cum hoc ipso confiteri videatur ut [D. 3, 2, 5]. [...] Item quod si in transactione exprimeretur quod hoc fecit transigens ut evitet stipendia litis non quod crimen de quo transigit commiserit [...]. Item si facit hoc modo : ut dicatur quod iniuriatus vel is qui damnum recipit transigit vel transactionem facit cum eo cum quo de crimine agitur et per pactum sibi remittit omnem iniuriam et offensam et omne damnum quod constat vel constare posset sibi vel ab alio illatum quacumque causa. Sed licet cautela sufficiat per viam pacti quod constat gratis fieri posse [...] tamen per viam transactionis locum habere non posset. Quia in transactione aliquid dari vel fieri vel promitti sive remitti alias nulla est ut [C. 2, 4, 38]. Sed prodest dicta cautela per viam pacis fiende quia talibus verbis potest fieri contractus pacis quia ex hoc paciscens non confitetur maleficium de quo agitur et ideo ut dixi fiat per dicta verba scilicet quod iniuriatus faciat pacem cum iniuriantem et ei remittatur iniuria quam constat vel constare posset illum sibi intulisse vel quod ambo sibi invicem remittantur omnes iniurias etc. quia ex hoc nihil videtur confiteri ille qui intulit iniuriam. »

ALBERTUS GANDINUS, *Tractatus de maleficiis* (ca. 1286-1301) : « Item pone : Seius de quodam maleficio inculpatur a Mevio scilicet de vulneratis illatis ; accusatione porrectam et nihil probato de maleficio predicto, transactionem et pacem fecerunt de dicto maleficio. Queritur, an Seius possit de vulneribus condemnari prefatis ? Et quod possit, videtur, nam is videtur confiteri crimen qui paciscitur ut [D. 3, 2, 5] et facit quod puniatur tamquam confessus [D. 48, 21, 1 et 2 ; D. 49, 14, 4 ; D. 49, 14, 29 et 34]. [...] Solutio : Dominus Guido de Suzaria dicit, quod hic Seius et omnis, qui data pecunia transigit vel paciscitur, debeat pro confesso haberi casibus, in quibus transactio prohibita est, ita quod ex hoc condemnari possit [...]. Unde ad cautela dic ita pace fore faciendam : ‘Seius fecit pacem et transactionem Titio de vulneribus, que dicuntur ipsum intulisse et fecisse eidem, negat tamen, se dicta vulnera commisisse’. »

## L'EFFET EXTINGTIF DE LA TRANSACTION

ALBERTUS GANDINUS, *Quæstiones statutorum*, éd. H. Solmio, *BIMÆ*, vol. III, Bologne, 1901, pp. 198b-199a, *Questio LXXXVI* : « Sed pone questionem de facto. Aliquis est vulneratus, et non credit se mori ex illo vulnere, unde fecit pacem vulneranti ; postea ex illo vulnere moritur. Modo amici illius vulnerati et mortui volunt accusare eum et facere eum puniri secundum formam cuiusdam statuti ; [quod statutum] dicit quod qui interfecit moriatur ; et dicunt ipsum debere mori non obstante pace, quia pax facta fuit de vulnere, non de morte. Et videtur quod possit accusari, quia non fuit cogitatum de morte tempore pacis, et pacto non tollitur id de quo etc. [D. 2, 15, 9]. Item casus adventitii non sunt spectandi, ut spectemus an mori possit an non, nam sperabat quod non moriretur ut [D. 40, 9, 6 et D. 45, 1, 83, 5]. Item videtur lex expressa [D. 9, 2, 46]. Econtra videtur quod pax valeat et quod non possit amplius accusari, quia, pace facta de vulneribus, videtur facta et de morte ; argumento [D. 39, 2, 18, 11] ubi dicitur quod si intra diem stipulationis hedificatur, et supra parietem meum domus deciderit et vitiaverit, licet post diem stipulationis parties deciderit, possit agere, quia dampnum tunc contingit cum paries iam [vitiatus] factus sit : ita dico quod pax valeat ex die vulnerationis, argumento [D. 9, 2, 15, 2] quasi ille videatur mortuus a tempore vulnerationis, et ita pax facta de morte, cum tunc, scilicet tempore vulnerationis, mors instaret. Item et similiter fingimus mortuum tempore vulnerationis ut [D. 9, 2, 21, 1]. Et hanc ultimam opinionem approbo. »

## LE LEXIQUE DES COUTUMIERS, CHARTES ET STATUTS URBAINS

1. Privilèges de Gannat (Forez), Novembre 1236 : « De toutes chouses quelxquelles soient, se clamors en est faite ou non, ou il n'est pris en present forffait, **pais** en puet estre faite entre les parties sanz moi et sans mon chastellain, fors que de murtre, de larrecin et de femme efforcée »

2. *Le Conseil de Pierre de Fontaines* (ca. 1253 et 1269) : « De totes les choses dont en puet fère covenance se peut-on apaisier par **concorde**. De totes achoisons se puet-on apaisier sanz justise, fors de murtre, se on ne s'en estoit clamez » ; « De toz mefaiz se puet-on **acorder por pès** sanz justice, se om ne s'en est clamez ; nis de larrecin, si li larrecins n'est teus que on n'eust levé le cri après : car lors ne cuit-je mie que on en puist fère **pais** sanz justice. »

3. *Li Livres de Jostice et de Plet* (vers 1260) : « De fere **pez** de chose don plainte a esté à jostice, ou n'a esté jostice, et ou a esté. – De murtre, de rat, de larrecin, d'omecide, de traïson, de membre tolu, nus n'en puet fere pez, puis que la plainte a esté fete à jostice. »

4. Charte de Lorris en Gâtinais (1155-1156), art. 12 : « Et, si alius erga alium inimiciam incurrerit, absque castelli vel burgi infractura, et clamore preposito non facto **concordaverit**, nichil ob hoc nobis nec preposito nostro sit emendaturus. »

5. *Statuta sive leges municipales Arelatis* (fin XII s.) : « Item, statuimus quod pro aliqua rixa que consistat in verbis sive factis, dummodo sanguis non exeat, et **amicabilis compositio** sive **transactio** inter rixantes intervenerit, consules Arelatis, occasione rixe seu rixarum, in nullo condempnent rixantes vel aliquem de rixantibus. »

6. *Les statuts municipaux de Marseille* (1253) : « Quod autem diximus posse inquiri per officium in casibus supradictis sic restringimus nisi levis sit injuria, in qua partes **composuerint inter se** ; quo casu non liceat curie inquirere vel punire, nisi inter partes essent inimicie propter quas magna dissentio seu perturbatio vel scandalum in civitate possit oriri. » ; « Cum rei publice intersit plurimum ne maleficia remaneant impunita, et presertim homicidia illicite commissa, auctoritate hujus capituli ordinamus in posterum observandum quod quicumque invadet aliquem aut vulnerabit vel ledet mortifere in Massilia vel ejus territorio, unde quis moriatur, si forte ille qui talia fecerit aufugerit a Massilia, ita quod Curia Massilie eum non habeat vel habere possit, vel ille vocatus vel citatus a dicta Curia infra octo dies proximos predicto maleficio non comparuerit, veniendo in dictam Curiam absque omni fiducia et securitate in posse rectori aut consulum vel Curie Massilie, deinceps aliquo tempore malefactor dictus nullatenus possit vel liceat ei reverti in Massilia vel suburbiis Massilie, nisi primum **composuerit de predicto maleficio cum quatuor vel quinque de propinquioribus parentibus dicti interfecti vel mortui, et nisi similiter primo solverit**, vel alius pro eo, bannum in quo positus erit pro dicto commisso vel maleficio a rectore vel consulibus vel Communi Massilie. »

7. *Privilèges de Tournai* (1188), art. 1 : « Si quis aliquem hominem de communia Tornacensi infra civitatem Tornacensem vel extra occiderit, et captus fuerit, capite plectetur et domus ejus, si aliquam habuerit, diruetur. Quicquid residuum habet interfector infra justiciam communie Tornacensis debet communia habere, et si interfector evaserit, civitatem Tornacensem intrare non poterit **quousque parentibus interfecti reconciliatus fuerit** et emendationem decem librarum communie fecerit. » ; art. 14 : « Si vero aliquis alicui unum membrorum suorum abstulerit et captus fuerit, tale corporis sui membrum amittet ; **si vero prius parentibus reconciliari poterit**, C solidos communie persolvit. In emendationibus forisfactorum habebunt castellanus et advocatus porcionem suam ad judicium juratorum. »

8. *Lettres du 15 décembre 1267* : « Ludovicus, Dei gratia, Francorum Rex, Praepositis et Juratis, ac etiam Communitati villæ Tornacensis : Salutem. Cum in villa Tornacensi, sicut audivimus, quasi de consuetudine, quæ dicenda est potius corruptela, observatum fuit hactenus et nunc etiam observari dicatur, quod si aliquis alium interficit virum vel muliorem, et ob hoc ipsum

interfectorem villam contingat amittere, vel ab eadem banniri, ipse interfecto villam recuperat per quatuor libras Parisienses, **dum tamen prius reconciliatus fuerit super homicidio huiusmodi, parentibus interfecti.** Nos attendentes quod ex hoc multa mala proveniunt, ut dicitur, et possunt in futurum plurima mala provenire, cum facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi. Ipsam consuetudinem in villa praedicta nolumus ulterius observari, sed ex nunc volumus penitus aboleri. Nolumus etiam quod aliquis qui in dicta villa vel ejus Justiciam homicidium perpetrabit, villam ingrediatur praedictam de cætero, nisi de nostro speciali mandato, et successorum nostrorum Regum Francorum, nonobstante articulo Cartæ qui dicitur esse talis. Si interfecto evaserit, civitatem Tornacensem intrare non poterit, quousque parentibus interfecti reconciliatus fuerit, et emendationem decem librarum Communiæ fecerit, quod vos, ut nobis intimatum est, ad quatuor libras Parisienses redegistis. Datum Parisiis, die Jovis post festum Beatæ Luciae Virginis, anno Domini MCCLXVII mense Decembris. »

9. *Privilèges de Péronne* (1207, renouvelés en 1209), art. 20 : « Quicumque per vim aliquam oppresserit, per legem scabinorum debet convinci, salvo jure nostro quod in raptu habemus, et si de voluntate illius et parentum suorum eam voluerit ducere in uxorem, bene liceat ei. Si autem infra communiam captus non fuerit, per septem annos forbanniri debet. Quicumque uxorem alicujus hominis infra banleugam manentis abduxerit, per septem annos bannitus villam relinquet. Si postea **redeat reconciliatus**, res hominis illius, quas cum muliere asportavit, ex integro ei restituet. »

10. *Statuto del secolo XIII del comune di Ravenna* : « Discordias inter cives ravenne et eius suburbiorum et eius districtus **conponam, et eos ad pacem et concordiam perducam** ; et **precise teneat de homicidiis pacem facere sine danda pecunia** vel podere. »

11. *Statuti di Bologna dall'anno 1245 all'anno 1267* : « Pro comuni et propter utilitatem quia presentialiter expedit pro negociis imminentibus habere copiam hominum dicimus et ordinamus quod quicumque est in banno comunis pro quocumque malefitio possit exire de banno, et potestas illum vel illos extrahere teneatur, **si se concordaverit cum herede, vel cum offenso, vel cum comuni quod habetur loco heredis**, solvendo penam secundum qualitatem debiti et personarum, non obstante superimposita aliqua facta ut non possit exire nisi solverit iniunctam vel superimpositam factam ab aliquo qui eum in banno posuit. [...] »

## LA TRANSACTION PENALE VUE PAR UN THEOLOGIEN

PETRUS CANTOR (†1197), *Summa de sacramentis et animae consiliis* : « Redeamus iterum ad illam auctoritatem Augustini super psalmos : *Nulla maior usura quam cum plus exigitur in pena quam commissum est in iniuria.* Sed alicubi locorum consuetudo est quod si quis conqueratur apud iudicem et postea componat cum adversario suo, solvuntur iudici duo solidi vel tres vel plures. Sed nonne hoc erit usura ita scilicet vendere pacem cum non liceat litigantibus componere pacem, vel habere inter si, nisi dent pecuniam ? Forte potest dici quod tantum pretium constitutum est ad salarium iudicis et hoc recipiat pro labore suo. Vel forte dicitur : qui ledit alium, ledit iudicem, et ideo etiam iudici tenetur satisfacere. »

## UN EXEMPLE TIRE DE LA PRATIQUE DU PARLEMENT DE PARIS

X<sup>2A16</sup>, f<sup>o</sup>188v-189r, Affaire Broquel, arrêt de 1412

« et super huiusmodi lesione rapporto medicorum seu chirurgicorum facto ac lite suborta **certam concordiam sive accordum quittanciam** importantem fecerant ad invicem quam dicti de Pisis *Bassin* et *Compere* compleverant **saltem in parte** et postmodum litteras venie seu remissionis et gracie a nobis impetrauerant et integrari pecierant ».

« non obstante **concordia seu quitancia pretacta** quam deceptivam et fraudulentam censi postulabat »

« ad concordandum cum eis quittandumque eos **pro summa LXV librarum turonensium** ipsum Broquel induxerant seu per medicos et chirurgicos qui eum visitaverant et visitabant induci fecerant ».

« Prefata curia nostra per suum arrestum [...] dictos Andream *Bassin* et Egidium *Compere* et quemlibet eorum in solidum ad reddendum et solvendum dictis liberis prefati defuncti Broquel vel eorum tutoribus et curatoribus aut eorum certo mandato, summam quadraginta librarum parisiensis, **ultra contenta in concordia seu accordo pretactis** »